



BOLETÍN DEL CLERO  
DEL  
OBISPADO DE LEON

Enciclica Domini Nostri Leonis

DIVINA PROVIDENTIA

**PAPAE XIII (1)**

Hujus vim argumenti perspectam ipsi habent plerique Anglicani, observantiores Ordinalis interpretes; quam non dissimulanter eis objiciunt qui nove ipsum interpretantes, Ordinibus inde collatis pretium virtutemque non suam spe vana affingunt. Eodem porro argumento vel uno illud etiam corrui, opinantium posse in legitimam Ordinis formam sufficere precationem, *Omnipotens Deus, bonorum omnium largitor*, quae sub initium est ritualis actionis; etiamsi forte haberi ea posset tamquam sufficiens in ritu aliquo catholico quem Ecclesia probasset.—Cum hoc igitur intimo *formae defectu* conjunctus est *defectus intentionis*, quam aequo necessario postulat, ut sit, sacramentum. De mente vel intentione, utpote quae per se quiddem est interius, Ecclesia non judicat: at quatenus extra proditur, judicare de ea debet. Jamvero quum

(1) Véase la página 460.



quis ad sacramentum conficiendum et conferendum materiam formamque debitam serio ac rite adhibuit, eo ipso censetur id nimirum facere intendisse quod facit Ecclesia. Quo sane principio, innititur doctrina quae tenet esse vere sacramentum vel illud, quod ministerio hominis haeretici aut non baptizati, dummodo ritu catholico, conferatur. Contra, si ritus immutetur, eo manifesto consilio ut alius inducatur ab Ecclesia non receptus, utque id repellatur quod facit Ecclesia et quod ex institutione Christi ad naturam attinet sacramenti, tunc palam est, non solum necessariam sacramento intentionem deesse, sed intentionem immo haberi sacramento adversam et repugnantem.

Isthaec omnia diu multumque reputavimus apud Nos et cum Venerabilibus Fratribus Nostris in *Suprema* iudicibus; quorum etiam Coetum singulariter coram Nobis advocare placuit feria V, die XVI Julii proximi, in commemoratione Mariae D. N. Carmelitidis, iique ad unum consensere, propositam causam jam pridem ab Apostolica Sede plene fuisse et cognitam et judicatam: ejus autem denuo instituta actaque quaestione, emeruisse illustrius quanto illa justitiae sapientiaeque pondere totam rem absolvisset. Verumtamen optimum factu duximus superseedere sententiae, quo et melius perpenderemus conveniret ne expediretque eandem rem auctoritate Nostra rursus declarari, et uberiores divini luminis copiam supplices imploraremus.— Tum considerantibus Nobis ut idem caput disciplinae, etsi jure jam definitum, a quibusdam revocatum sit in controversiam, quacumque demum causa sit revocatum; ex eoque pronum fore ut perniciosus error gignatur non paucis qui putent se ibi Ordinis sacramentum et fructus reperire ubi minime sunt, visum est in Domino sententiam Nostram edicere.

Itaque omnibus Pontificum Decessorum in hac ipsa causa decretis usquequaque assentientes, aequè plenissime confirmantes ac veluti renovantes auctoritate Nostra, motu proprio



certa scientia, pronunciamus et declaramus, Ordinationes ritu anglicano actas, irritas prorsus fuisse et esse, omninoque nullas.

Hoc restat, ut quo ingressi sumus *Pastoris magni* nomine et animo veritatem tam gravis rei certissimam commonstrare, eodem adhortemur eos qui Ordinum atque Hierarchiae beneficia sincera voluntate opteant ac requirant. Usque adhuc fortasse, virtutis christianae intendentes ardorem, religiosius consulentes divinas litteras, pias duplicantes preces, incerti tamen haeserunt et anxii ad vocem Christi jamdiu intime admonentis. Probe jam vident quo se bonus ille invitet ac velit. Ad unicum ejus ovile si redeant, tum vero et quaesita beneficia assecuturi sunt et consequentia salutis praesidia, quorum administram fecit ipse Ecclesiam, quasi redemptionis suae custodem perpetuam et procuratricem in gentibus. Tum vero *haurient aquas in gaudio de fontibus Salvatoris*, sacramentis ejus mirificis: unde fideles animae in amicitiam Dei, remissis vere peccatis; restituantur, coelesti pane aluntur et roborantur, adjumentisque maximis affluunt ad vitae adeptionem aeternae. Quorum bonorum revera sitientes, utinam *Deus pacis, Deus totius consolationis* faciat compotes atque expleat perbenignus.—Hortationem vero Nostram et vota eos majorem in modum spectare volumus, qui religionis ministri in communitatibus suis habentur. Homines ex ipso officio praecedentes doctrina et auctoritate, quibus profecto cordi est divina gloria et animarum salus, velint alacres vocanti Deo parere in primis et obsequi, praeclarumque de se edere exemplum. Singulari certe laetitia eos Ecclesia mater excipiet omnique complectetur bonitate et providentia, quippe quos per arduas rerum difficultates virtus animi generosior ad sinum suum reduxerit. Ex hac vero virtute dici vix potest quae ipsos laus maneat in coetibus fratrum per catholicum orbem, quae aliquando spes et fiducia ante Christum judicem, quae ab illo praemia in regno coelesti! Nos quidem,



quantum omni ope licuerit, eorum cum Ecclesia reconciliationem fovere non desistemus; ex qua et singuli et ordines, id quod vehementer cupimus, multum capere possunt ad imitandum, Interea veritatis gratiaeque divinae patentem cursum ut secundare contendant fideliter, per viscera misericordiae Dei nostri rogamus omnes et obsecramus.

Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse; sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cujusvis gradus et praeminentiae inviolabiliter in judicio et extra observari debere decernimus: irritum quoque et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari declarantes, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides quae Nostrae voluntatis significationi his praesentibus ostensis haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo sexto, idibus septembribus, Pontificatus Nostri anno decimo nono.

A. CARD. BLANCHI.

C. CARD. DE RUGGIERO.

PRO-DATARIUS.

VISA

DE CURIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS.

*Loco † Plumbi.*

*Reg. in Secret. Brevium,*

I. CVGNONI.





## VALVEN. ET SULMONEN.

Dubium quoad coronas mortuorias suspendendas,  
ut maneant in parietibus Ecclesiae.

---

Rmus. Dnus. Tobias Patroni Episcopus Valven. et Sulmonen. timens ne, sub specie pietatis erga defunctos, sensim subrepant abusus decorem Domus Dei temerantes, á Sacra Rituum Congregatione sequentis Dubii solutionem humillime postulavit, nimirum:

An deceat in parietibus Ecclesiae vel publici Oratorii suspendere coronas mortuorias, ut inibi maneant?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque mature perpensis, rescribendum censuit: *Negative*.

Atque ita rescripsit, die 22 Maii 1896.—C. CARD, ALOISIMASELLA, S. R. C. Praefectus.—L. † S.—ALOISIUS TRIPEPI, S. R. C. Secretarius.

---

## DOCUMENTO CURIOSO DEL BEATO FR. DIEGO DE CADIZ

---

Intentando el Sacristán de la villa de Ubrique escribir una obrita con el título del *Sacristán instruido*, para el servicio de una Iglesia parroquial, por ser las de esta clase las más necesitadas de ministros instruidos, y por cuya causa se falta mucho al culto de Dios, consultó su pensamiento con el Beato Diego José de Cádiz, quien le contestó en los términos siguientes:

**J. M. J.**

Hermano mío: no me es posible todo lo que V. pide, porque necesita de un estudio particular y de buenos libros á la mano. Me parece muy bien la idea de la obra, y su título, y la juzgo no sólo útil más también necesaria.—En la primera parte ade-



más de los nombres ó dictados que apropia V. al de *Sacristán* puede V. poner la etimología que es la de *Sacris*, esto es, del nombre *sacer*, *sacra*, *sacrum*, cosa sagrada, y *teneo*, *tenes*, que es un verbo que significa etc.; y así es: que *sacra tenet* ó el verbo *sto stas*: y es decir, *qui sacris stat*, y también *sacrorum custos*.—Puede V. decir que en el día suple las veces de Ostiario, y el de Acólito, que son dos de los cuatro órdenes menores, que da la Santa Iglesia á sus Ministros, y corresponde al Santo Sacramento del orden. Las suple, porque hace lo que á estos les corresponde, abrir las puertas de la Iglesia, etc., echar de ella á los indignos, los animales, etc. Vea V. lo que dice el P. Lárraga y los autores moralistas de estos dos grados, y aplíquelo.—En algunas catedrales de España, hay una Dignidad entre las de sus Ilustrísimos Cabildos con el nombre de *Sacrista*, y una es la de Orihuela. Esta dignidad equivale á lo que en las catedrales de Andalucía llamamos Tesorero. El Sacristán del Sumo Pontífice es comunmente un Obispo. Hay un Obispo ó dignidad en España que entre otras piezas eclesiásticas ó títulos se pone el de Sacristán de (1); esto puede V. averiguarlo, etc.—Para los dictados del Sacristán con que se le llama la atención á lo alto y honorífico de su empleo, tenga V. presente los oficios del palacio del Rey que dan á grandes Señores ilustres ó Caballeros, uno es el *guarda ropas*, otro el *guarda joyas*, el *portero*, el *mayordomo mayor*, los *mayordomos de semana*, el *caballero mayor*, etc., todos estos son apropiados al Sacristán con mayor excelencia porque este sirve en esos mismos ministerios al Rey de los reyes etc.—En la sagrada escritura tiene V. bastantes materiales en los oficios que señaló Moisés en la tribu de Levi por familias para cuidar de las alhajas, y cosas santas del tabernáculo, y después Salomón en el templo, y

---

(1) Un pueblo cuyo nombre no puede entenderse.



otros reyes del pueblo antiguo. No menos puede servir á V. la admiración de la reina de Sabá al ver el buen orden que guardaban los que servían la mesa de Salomón, etc. En las historias hallará V. mucho material del modo con que se sirve á los Emperadores, á los Reyes, á los sumos Pontífices, etc., y todo es muy del caso.—No será impropio llamarle *Angel*, cuya voz es del oficio; no de la naturaleza de aquellos soberanos espíritus, pues cada iglesia ó templo tiene su *angel custodio* puesto por Dios, etc. Su oficio de inspirar á todos los que entran la devoción, etc., etc., etc., propio del Sacristán.—Para la segunda parte sobre las ceremonias que corresponden al ministerio del Sacristán, etc., tenga V. presente el asunto de hacer las hostias para lo cual puede servirle mucho el modo ó aparato magnífico y devotísimo con que se hacía por los monjes antiguos, así el sembrar el trigo como el cojerlo, el molerlo, el conducir la harina y el hacer las hostias, etcétera. Lo he leído, mas no me acuerdo donde, tal vez Durango lo traerá.—Diga V. el sumo respeto con que se deben mirar y observar las ceremonias. En la santa escritura se señalan iguales penas ó castigos á los que no las observan, que á los transgresores de los preceptos de la ley, etc. Libros para esto, todos los que tratan de ceremonias. Busque V. el Ceremonial de Obispos, el Pontifical Romano del Dr. D. José Catalan, en latín, etc., el Gavanto comentado por Merati, el Durango, el Cardenrl Bona, unos citan á otros, y así se van adquiriendo noticias.—El cuidado de la lámpara del Santísimo es un punto gravísimo. Vea V. lo que dicen los moralistas de la obligación grave para que esté siempre encendida, etcétera, y acuérdesese V. aquí del altar en que se conservaba siempre el fuego en el santuario y templo, etc., y del candelero de las siete luces, etc.—Para el tercero no será impropio les llame V. maestros de ceremonias, respecto de los acólitos, y maestro de pages, cuyo empleo es de mucho honor en los pa-



lacios de los señores Obispos. Los acólitos son los pages de S. M., etc. Acuérdesse V. aquí de los pages del Rey que todos son niños hijos de caballeros ilustres etc. Y no se olvide que los acólitos de la santa capilla de nuestra señora del Pilar de Zaragoza, se llaman *infantes* los que en los dias solemnes del año, lo son los hijos de las principales familias y señores que lo pretenden con empeño, y lo tienen á mucho honor, etcetera. No es menos nuestro Señor Sacramentado.—Será tal vez oportuno, diga V. algo de lo que significa el templo y cada una de sus partes, las paredes, el techo, el pavimento, las ventanas, etc , para llamar la atención al Sacristán, y que vea no pone el pie, la mano, ni aun los ojos en cosa alguna que no tenga ó signifique algún misterio. Cuidado con la suma limpieza del templo, de los altares, de los ornamentos, de los vasos sagrados, de los corporales, purificadores, imágenes, etc., etc., etc. —Vale.

NOTA. San Wenceslao, Duque de Bohemia y Mártir, sembraba con sus manos el trigo y exprimía las uvas para el vino que había de servir en el santo sacrificio de la misa.

Sacristanes Santos, S. Cipriano, á 26 de Septiembre, San Abundio, S. Teodoro, S. Aconsio, S. Constancio, S. Ciriaco y S. Guido.—Guarda ropas ó custodio de los vasos sagrados, San Donaste Mártir.—Entonadores ó Sochantres, San Odon y San Marciano. —Ecónomos de la Iglesia, S. Marciano, S. Ticiano que después fué obispo y S. Teófilo.—Ostiaarios, S. Renoberto.—Acólitos, S. Tarciso y S. Ciriaco Mártir de Alejandría.—Y otros que pueden verse en los Santorales.

Queda de V. afecto hermano

FR. DIEGO JOSÉ DE CADIZ